UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summmula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Utrum hostia in triduo eleuata fuisset adoranda

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Visual Library

tus ſanguis chriſti effuſus de corpore eius ponatur in vna parte altaris. et ex alia pte ſanguis ꝯſecratus. tūc dicitur ꝙ ſanguis ꝯſecratus ē magis venerādus. Ratio eſt. qꝛ vſqꝫ in triduo aīa chriſti fuit ſepata a corpore et ſanguine. quia corpus xpi in ſepulchro fuit. anima vero apud patres in lymbo. Etiam deitas fuit ſeparata a ſanguine. quia non poteſt dici filius dei effuſus eſt in terram, ideoqꝫ ſanguis ꝯſecratus eſt magis venerādus. quia ibi eſt vera deitas. Item ibi integer eſt chriſtus immortalis et impaſſibilis, ſed vt pependit in ara crucis ibi erat paſſibilis ꝛ mortalis. ideo ſanguis xpi ꝯſecratus eſt magis venerādus. ¶ Quintus caſus eſt q̄re quotidie miſſe celebrātur. cum tñ xps niſi ſemel paſſus eſt. ꝛ tātum illud ſacramentū eſt memoriale dominice paſſionis. Ibi reſpōdetur ꝙ q̄ttuor ſunt cauſe illius ſm Innocentium. Prima eſt. qꝛ oportet ſemꝑ paratā eſſe medicinā ꝯtra pctā quotidiana. vnde extra in de ꝯſecratōe diſtinctione ſecūda. ca. vtrū figura. Iteraturqꝫ quotidie oblatio. licet xps ſemel paſſus ſit. qꝛ quotidie peccamꝰ. ſine quibꝫ mortalis infirmitas viuere nō poteſt. ꝛ ideo qꝛ quotidie labimur in pctā. quotidie pro nobis xpus myſtice immolatur. Scda cauſa. quotienſcunqꝫ corpus xpi ſumitur habetur memoria paſſionis xpi. vnde quotienſcūqꝫ feceritis hoc in meā facite cōmemoratōem. ergo vt habeatur memoria paſſionis xpi quotidie miſſe celebrantur pro viuis ꝛ mortuis. Tercia cā eſt. vt nobis chriſtus quotidie vniatur ſacramētaliter ꝛ nos ei ſpiritualiter. Quarta cā. vt vero agno loco typici vtamur. que iudei ad veſperas ꝯuertēdo eſurierūt. ſm illud ps. Cōuertentur ad veſperā ꝛ famē patientur vt canes. nā vbi veritas venit figura. i. vetus teſtamentum (qḋ fuit figura noui teſtamenti) ceſſauit.

¶ Alius caſus. ponatur ꝙ calix cū vino ꝯſecrato ſine ſanguine xpi fuiſſet eleuatus in triduo mortis. tūc dubitaꝛ vtꝝ fuiſſet adorādus. Ibi reſpondetur ꝙ triplex eſt adoratio. ſcꝫ latria. hypdulia. ꝛ dulia Latria eſt honor ſoli deo exhibendus. ſed dulia dꝛ ſeruitiū impenſum creature. ſed hypdulia dꝛ ſeruitus que eſt ſupra duliā. ꝛ hec xpi humanitati debetur. Diciꝛ ergo ꝙ illa hoſtia fuiſſet adorāda dulia adoratōe ꝛ nō latria. qꝛ deitas fuit ſepata a ſanguine. Alij āt dicunt ꝙ corpus vel ſanguis eius bn̄ potuiſſet cōſecrari ꝑ triduū mortis ꝛ adorari adoratione latria. qꝛ ex vi verboꝝ deitas fuit vnita cū corꝑe ꝛ ſanguine. ¶ Ultimo dubitaret q̇s de duobꝫ ſacerdotibꝫ. quoꝝ vnus ſimularet ſe celebrare ꝛ nō celebraret propter conſciētiā mortalis peccati. alter vero celebraret cum ꝯſcientia mortalis peccati ꝓpter timorem dñi ſui. tunc queritur quis eorum magis peccat ꝛ grauius. Reſpōdetur ꝙ ille qui ſimularet ſe celebrare. qꝛ per hoc circunſtantes cōmitterent ydolatriā ex eo ꝙ adorarent creaturā. ſcꝫ hoſtiā non conſecratā. vnde Innocentius. cum plura obijcienda remedia que veris damnis ſunt grauiora. proculdubio videtur magis offendere qui fraudulentiā ꝑſumeret. ſic ille qui ſe ſimularet celebrare ꝛ nō celebraret plus peccaret illo qui celebraret ꝛ non ſimularet

¶ De collectarū finibus et principijs earūdem.

.i. in ſolennitatibꝫ .i. in celebratōe miſſe

In ſummis feſtis ad miſſam dicitur vna